

## SENTENTIAE, CH. XXXV, PARS I

## Practice and Review #7–15

7. Cum dīves sīs atque dīvitiae crēscant, tamen opibus tuīs parcere vīs et nēminī assem offerēs.
8. Ab illā īnsulā repente profectus, eādem nocte ad patriam nāve advēnit; tum, quaerēns remissiōnem animae, diū rūsticābātur.
9. Hic mīles, cum imperātōrī vestrō nōn placēret, heu, illa praemia prōmissa amīsit.
10. Nisi mōrēs parēs scientiae sunt—id nōbīs fatendum est—scientia nōbīs magnopere nocēre potest.
11. Magistra tum rogāvit duōs parvōs puerōs quot digitōs habērent.
12. Māter candida nātae cārissimae subrīdet, quam maximē fovet, et eī plūrima ōscula suāvia dat.
13. Why does he now wish to hurt his two friends?
14. If he does not spare the plebeians, alas, we shall never trust him.

15. Since you are studying Roman literature, you are serving a very difficult but a very great master.

### Sententiae Antiquae #1–7

1. Nēmō liber est quī corporī servit. (Seneca.)
2. Imperium habēre vīs magnum? Imperā tibi! (Publilius Syrus.)
3. Bonīs nocet quisquis pepercit malīs. (\*Id.)
4. Cum tū omnia pecūniae postpōnās, mīrāris sī nēmō tibi amōrem praestat? (Horace. — **post-pōnō.**)
5. Frūstā aut pecūniae aut imperiūs aut opibus aut glōriae student; potius studeant virtūtī et honōrī et scientiae et alicui artī. (Cicero. — **frūstrā**, adv., *in vain.* — **potius.**, adv., *rather.*)
6. Virtūtī melius quam Fortūnae crēdāmus; virtūs nōn nōvit calamitātī cēdere. (Publilius Syrus. — **calamitās, -tātis.**)
7. Et Deus ait: “Faciāmus hominem ad imāginem nostram et praesit piscibus maris bēstiisque terrae.” (*Genesis.* — **imāgō, -ginis, f.** — **prae-sum.** — **piscis, piscis, m., fish.** — **bēstia, -ae, beast.**)